



SERENISSIMO
PRINCIPI FERDI-
NANDO DEI GRATIA ARCHIEPI-
SCOPO ET ELECTORI COLONIENSI, SA-
CRI ROMANI IMPERII PER ITALIAM
Archicancellario.

PRINCIPI ET EPISCOPO LEODI-
CENSI, HILDESHEIMENSI, MONASTERIENSI.
Coadiutori Paderbornensi Administratori Stabulensi &
Berchtergadensi.

COMITI PALATINO RHENI, V-
TRIVSQUE BAVARIÆ, WESTFALIÆ, ANGA-
RIAÆ ET BVLNONII DVCI. MARCHIONI FRANCI-
montano. Comiti Loffensi, Longiensi, Hornen-
si, &c.



*VI pulchritudine virtutis & amore
ducuntur, Princeps Serenissime, eius spe-
cie, ornatique, ubi, ubi, eam nacti fue-
rint, capi, plurimum cernimus & dele-
ctari. Admirationes concursusque fieri,
quis ignorat, ubi adesse contingit, quem
sanctoris vita egregia commendatio, vel res domi mili-
tiaeque fortiter ac feliciter pro patria vel Rep. gestæ altius
sustollant aut exornent. Nam, si non suis fulta præsidis,
sed Poetarum ingenii adumbrata virtus in priscis He-
roibus,*

DEDICATIO.

roibus, sui tamen desiderium & amorem excitat, & stimulum relinquit in animis hominum; qui non germana & vera virtus, operum argumentis expressa pulcherquis ad se nos trahat, inuitetque, facesq; subiectat adimitandum? Scite igitur, meo quidem sensu, dixit ille. Maius nullum esse specimen felicitatis, quam semper omnes scire cupere, qualis fuerit aliquis. Hoc scientia studio à teneris flagrasse, te, Serenissime Princeps, ex Treuerica commoratione suauissima, probè memini equidem: hodieq;, non defungi, manifestum est: cum & ornamenta Virtutis in Sanctis admirari, eius leges & iura, in domesticis & familiaribus requirere, in hominibus subiectis omnigenialibus officia tueri ac conseruare in Societate quoque nostra ornanda, tuendaque, & amplificanda religione uniuersa, eiusdē multiplex edere specimen magnificū & principale ducas. Quo libentius opinor, S. Ludgerum Ecclesiatue, Exemplar virtutis unicum, à me nunc oblatum Serenissime Princeps accipies. In quo, ut in atatibus, sic quadam autoritas senectutis elucescit. Nam, ut prisci picturam prætulerunt huic varia nostræ, qua paucorum esset colorum: sic ego Sanctorum acta longè sincerius oculis puto subiecti legētium, qua antiquissimorum stylo, ceu penicillo depicta, nullis eloquentia & calamistris inusta sunt, sed naturali quodam suo & non fucato colore, nitent. Fulda Anno salutis MDCXIV. IX. Kalend. Septembri.

Serenitatis V. iam dudum obseruantissimus
Christophorus Brovverus.

RITFRI.